



**Variorum In Europa Itinerum Deliciæ**

**Chyträus, Nathan**

**[Herborn], 1599**

**VD16 C 2803**

Panormi In Sicilia Supra Portam quandam extat Confessio Fidei  
Mahometricæ linguâ Chaldaicâ, in hanc sententiam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70708](#)

## IN TEMPLO MARIAE.

**A**ndreas Vesalii Bruxellensis tumulus, qui obiit an:  
M. D. LXIV. Id. Octob. ætatis verò suæ LVIII. cùm  
Hierosolymis rediisset.



PANORMI IN SICI-  
LIA SUPRA PORTAM  
quandam extat

CONFESSIO FIDEI MAHOMETICÆ  
linguâ Chaldaicâ, in hanc sententiam.

**N**on est alius Deus præter unum Deum. Non est alius  
potens, præter eundem Deum. Neq; est alius vicer,   
præter eundem quem colimus Deum.

*Interim de Christo verbum nullum.*

## PARASITI EPITAPHIUM.

**V**iatores, cives optimi, vel advenæ, sive bini, sive singu-  
li inceditis, sive turmatim, quod magis erit gratis:  
sistite, offirmate gressum: nec miremini, si moramini ali-  
quantisper. Dicaculus equidem fui: succinctus sermo dari  
vobis non potest: juvat yobiscum esse, ac ab ore meo pen-  
dulos detinere, ut juvit semper. Saxū hoc vos vocat. quid,  
inquam? vivus assuevi, prudens, imprudēs, mortuus item  
vos fallo. nam non vos vocat, quod vacat ore, verū is,  
quojus cinis hic latet, olim quom potuit, nunc huc vos  
vocari voluit, valuitq; hoc. hæc olim sua voluntas volen-  
tes vos legere hoc scriptum: vah quid loquor? immōscul-  
ptum: quam ægræ veritas adhuc se tecum conciliat! nam  
neq; hic atramentum, vel papyrus, aut membrana ulla  
adhuc, sed malleolo & celte litteratus silex, silens adhuc.  
Quid hic latet, latè quod ego efferi, & effari gestio? Ser-  
tius Pollensis parasitus, histrio vester festivissimus, heic  
cubo;

eubo: hoc unum quidem tandem sponte dictum, verum est: si quis dubitat, hancine olfaciat humum: olet temetum & florem vin. veteris: quo satur, satis juvenis hausi. at si veixi vitam, tam vobis gratam, quam notam urbi & orbi, non minus munus hoc a vobis impetrem oportet: ad este mihi & favete, edictoque huic vos subscribite & obsignate. Si quis sibi vesicam onustam senserit; domum suam onus hoc reportet in cloacam: si vero festinus fuerit; ceterior vel ulterior hoc loco pro religione se evacuet. Qui non paruerit; haec multa illi esto: teste altero ut careat. Canes quoq; caesi fustibus edictum hoc sentiant. Affuistis, favistis, & obsignastis. Teneo, quo modo risum vobis dare sitio: hui, sentio, dictu volui esse. Sed quid hoc est quod tam familiariter istuc procedit Veritas. profecto contagione mei sistit ipsa quoque, & mihi supparasitatur, quae ultro potum invocata advenit: nunc si urbani perhiberi vultis, & veritati supparasitanti & arenti meo cineri cantharo piaculum vinarium festinate: post valete, abite in rem vestram, viatores optumi, his nugis, ambagibus, condonate posthumis.

---

EPITAPHIUM C. VIBII ADO-  
lescentis Zelotypi.

INFER. D. DEABUSQ.

C. Vibius adulescens intemperato amore percitus Putilliæ Sex. puellæ gratiss. quod alteri viro tradit, non sustinens cruento gladio sibimet mortem concivit. Vix. ann. xix. mens. i i. d. i x. horas scit nemo.

---

EPITAPHIUM TREBIÆ ZELOTTYPI.

D. DITI ET PROSERP.

S. V. F.

Trebiæ Q. L. S. Trebii filiæ amoris monument. & pietatis aul. Fibustius vir cum q. summo cum desiderio deliciosa vix. m. i. d. i i i. Haec m. v. x. Quam amantiss. mihi infeliciss. lacrymas & æternos luctus reliq. extremo zelo me cum suspicaret. Alia cum fœm. jacuiss. in furorem dulciss. converso amore scmet ferr. pectus per med. trans. necavit.

S. iij

Hei ux. cur hoc? Mi care con. nec fact. tant. sed & suspectū  
amanti demere debueras. Vale lib. at ego incerta infel. &  
trepida vita soluta quiesco.

SIMILIS PRÆFECTUS MILITUM ADRIANI  
*Casaris, sequens epitaphium moriens sepulchro  
suo inscribi jussit.*

Similis hīc jacet. Cujus ætas quidem multorum anno-  
rum fuit: septem tamen duntaxat annis vixit.

EPIТАPHIUM GLADIATORIS, QUI CUM  
*ejus amore Faustina Marci Imperatoris uxor arderet, Chal-  
daorum consilio occisus est, ut ejus cruore amans fæ-  
mina amoris flamas restingueret.*

D. M.

Gladiatori meo amore cujus extremē perusta immort-  
languorem decub. At ejus cruore, heu me miseram, im-  
piata convalui D. Faust. Aug. pié monum. relinquens, ut  
*Q. Ann. sang. turtur. inter sacrificand. arc. relig.* Hanc in-  
tingi ex L. accen. facul. Et collachrymulantes puellæ sol-  
verentur luctumq. funeral. ob tanti indicium doloris de-  
vellat. crinib. promissis russar. pectora faciemq. Diem in-  
tegr. propitiatis Man. circa sep. satagerent annua. perpe-  
tuò repetund.

Ext. F. I.

GERMA-

